Nomē, Echionū matriſqz genus Peridie. Phlias proprium viri in. i. Ualerij. Flacci. peridia
Plias adis. grece ſcribit cū ei diphthongo: tamen a latinis variatur aliquando diphthongus phlias
diuiditur. At productio eſt lōge frequētiſſima. Uer. Arcturū pliadeſqz hyades: gemi plias
noſqz triones Ouid. iiij. faſt. Pliades incipiant humeros releuare paternos. Uerg. i.
geor. Pleiadeſqz hyades claramqz licaonis arcton. Oui. faſt. v. Hinc ſata Pleione pleias
cū celifero Atlante Iūgitur (vt fama eſt) pleiadeſqz parit fuere ſeptem. Atlantis &
pleiones filie in ſtellas ſeptē mutate. Priamides Priami filius aut nepos contra pri
mitiui naturā producit. Uerg. Priamidēqz Helenūqz &c. Oui. Hanc tibi priamides pamides
mitto Ledea ſalutē. ¶ Phthia cū phth aſpiratis i eadē ſyllaba regio & vrbs Theſ phthia
ſalie: nuſquam legit phithia contra Tortelliū. Sene. in hecuba. Aptior phthie melioraqz ✱ Phthi⁹
fetu ſaphicū eſt. Catul. Progenies phthie clara ſupuehit. Hinc phthius a. um. et adiectiuū
phthiotic⁹ a. ū. & phtheotis idis. & quoqz pl'r phthie arū. Dido aenee. Nō ego ſū phthie
phthijs magniſqz oriunda: Mycenis. Catul. Deſerit ſcyros linquūt phthiotica tē polymnia
pe. Hora. lib. iiij. ode. vj. Phthi⁹ Achilles. Adonicū . Polymnia variat productio Rhetoria.
eſt melior. Prophetia. Rhetoria parte rhetorica e[...] rōne producit. Seleucia vel Thalia.
ſeleucea. ¶ Thalia vna muſarū & maris nympha. Mar. lib. ix. Frāge leneis cala Thyias
mos & ſcinde, thalia libellos. Thyias adis, cū yi diphthōgo teſte Feretto ſacrificu
la Bacchi. Uir. Thyias vbi audito ſtimulat Trietica Baccho.

## I Ante e corripitur vt Pieron. I ante e

¶ Exceptio. Pier⁹ viri nomē & piera. vnde Pierides pierus
Ouid. v. met. Pierus has genuit pelleis diues in aruis. Uir. Pergite priene.
pierides. Priene Biātis patria recti⁹ corripit licet Sidoni⁹ variarit. ✱ Baptiſ
hinc Priene⁹ a. um. Sido. in. i. panegyrico. Priene Bia quam pl⁹ tibi tur ſta pius ſe
ba malorū eſt. Idē. in laudib⁹ narbōis. Et tu quez dederat bias priene. phal eſt. vbi pſus eſt in
priene primā corripit & recte quidē. nā greci corripiūt vt patz ex verſibus quos pius dictione
Baptiſta in Sidoniū adducit quos ipſe latinitate donauit: e quibus vn⁹ eſt. Turba priene.
bias genitus canit ampla priene malorū. Hic pi⁹ male corripuit vlti. in priene: quod
non ex ignorantia ſed ex aiaduertētia accidiſſe opinor. declinatur namqz priene es.
vt ſemele es. Priſcianus in perihegeſi. Inter mileſiū currēs latamqz prienem. Tu
primam ſemper corripito. Sabuel variat a chriſtianis. I ante i.

## I Ate i corripitur vt oiiambus.

## I ante o corripitur: vt Iole. I ante o.

¶ Prima exceptio. Nomina in ion tertie declinatiōis Nomina in ion.
producūt i ā o: vt irio orio ario echion hyperio pand ō amphiō oppiō
oedipodion pro. oedipus. Unde oedipodionides. iapetion pro iapetus: vnde iapetio
nides, methiō echion & alia innumera. Neſtor plurima affert teſtimonia: nos pas

eſt contenti erimus. Sidonius in eucharistico. Nunc ſarmata nunc Hylariõ plus finis eſt Statius. iiij. thebaidos. Comit equos ac inde iugo luctaẽ arion: equi nomen eſt. Vergi. in Damone. Orpheus in ſyluis inter delphinas ariõ. hic citharedi nomen eſt. Papi. lib. iiij. theba. Flet pater & lacerum componit corpus Echion. Horatius. perfidus ixion. Idem. Dictus & amphion. Ualerius flaccus. lib. vj. Et geticum Periona ferit. Niũs eſt prion regis getici nomen.

Hylarion
Arion

Aſterion
Aphitrion
carmeniõ.
Cercyon
Chromiõ.
Dedalion

¶ Tolluntur ab hac exceptione hec & fortaſſis plura: que his addicere fuerit cuiq; liberum.

¶ Aſterion fluuij nomen apud Papi. theb. iiij. ¶ Amphitryon cũ y greco in tertia ſyllaba. Hinc amphitryoniades. i. Hercules. Auſo. Amphitryoniaden puerũ &c. ¶ Aegion vel Aegio in plauto. ¶ Carmenion vide e ante n. ¶ Cercyon onis cũ y greco viri propriũ. Oui. vij. met. Cercyonis letum vidit cerealis eleuſis. ¶ Chromion videbis in crementis. ¶ Dedalion viri propriũ. Idem libro. xj. Quum ſe dedalion ſaxo miſiſſet ab alto. Deucalion. Dion viri nomen. Apuleius in prima oratione apologie. Qui inſanum me animi redis amice Dion. ¶ Ection viri proprium vide e ante e. ¶ Endimion viri propriũ. in a ante m. in primis. Emathion ver. ix. enei. Emathiona liger chorniẽũ ſternit aſilas. ¶ Eurition centauri nomen qui etiam euritus dicitur teſtimonium eſt vbi de o interiectione locuti ſumus. ¶ Echalion nauta tyrrhenus in delpinum verſus. Oui. iij. met. E quibus Ethalion: te ſe omnis in vno &c. ¶ Gerion qui etiam geryones: variatur a Claudi. melius corripitur. ¶ Jon viri proprium. Sta. iij. theb. Serditions chromis. ita ponit neſtor. ¶ Jaſon vide i ante a. Maſclion viri nomen in. v. Martialis. ¶ Melãchion viri ꝓpriũ. Mart. lib. x. Hec tãdẽ ſita prurit in ſepulchro. Calua ploria cũ Melãchiõe. phal. ſunt Morion onis videbis in o añ r. ¶ Mimaliõ in i añ m. ¶ Oarion. i. orion videbis in o añ r. ¶ Oenopiõ videbis in oe diphthõgon ante n. ¶ Porphyrion gigãtis nomen. Pygmalion viri proprium in primo eneidos. ¶ Sicyon cũ y greco in ſcḋa ſyllaba vrbs apud Oui. in ibin. & Ju. ſat. iij. Socratiõ viri nomẽ corripitẽ a Catulo. Adijce dictis. Cebrion & Hippotion apḋ Stra. Hemeridion & Electrion: vt Bebellius notat. Tõgilion in tertio. Mar. Philiſtion in ſecũdo eiuſdem. Sunt ꝓpria virorum. Sigalion Harpocrates apud Auſonium.

Ection
Endymiõ
Emathiõ.
Eurition
Ethalion.
Jon.
melãchiõ.
Morion
Mimaliõ.
Sicyon
Socratiõ
Hippotiõ

Clio.
Diogenes
Dios
& Auſo.
effigiẽ rex croeſe tua ditiſſime. regum vidit apud manes.
Diuus. a. u3
diogenes
Cinicus.
Enyo
hermiona
Herios.
Job.
Conium
Jonia
Jones.
Jonos.
Jo.

¶ Secunda exceptio Ariobarzanes teſte Bebelio.

¶ Clio vna muſarum. Oui. li. j. de arte. Non mihi ſunt viſe clio cliuſq; ſorores. ¶ Diogenes philoſophi nomen. Auſo. in Epigrãmatis. Diogenes obijt non obijt: ſed abit dicitẽ ioue genitus: q: dios Juppiter eſt: genes genitus: ideo contra naturã ꝓducitẽ ab Auſonio. q: dios teſte Seruio corripitẽ. vñ dius dia dium. i. Diuin⁹ a. ũ ꝓducitẽ ɔtra [illegible] naturã. nos cum Auſo. primã in Diogenes audacter ꝓducemus. nec dius. a. um. vnq̃ corripiem⁹: & (vt ſentio) ipm nomẽ dios interdũ ꝓducere poterim⁹ q: ſub dio ꝓducitẽ & ſignificat ſub celo ſub Joue. ita dicit Aſcanius in oratio nes Ciceronis. nec dicim⁹ ſub diuo q̃ eſt cõtra imperitiũ vi. lg⁹. Uer. xj. eñ. Italides quas ipſa dec⁹ ſibi dia camilla delegit. perſius. q̃d dia poemata narrẽt. Lucre. li. ij. Dux vite dia voluptas. Uer. iij. Geor. Ne mihi tum mollis ſub dio carpere ſopnos Neu dorſo libeat nemoris iacuiſſe ꝑ herbas Dioclides in etna. ¶ Enyo ũs. bellona. Papi. xj. theba. Hoc ego mars habeat vulgatq; iacter Enyo. ¶ Hermiona vrbs in mari egeo. Uergiẽ. in ciri. Hinc ſinus hinc ſtatio contra patet Hermiona ¶ Hierios videbis in a ante n panos. ¶ Job ſanctiſſimi viri nomen diſſyllabũ eſt contra indoctos. Prudentius in pſycomachia. Nã proxim⁹ Job Heſerat inuicte bella inter dura magiſter. ¶ Joniũ mare q̃ voluũt ab io dici. Oui. Jactari quos cernis in ionio immẽſo at ionia regio variaẽ vt iones & ionos viri nomen vñ ionia dicta eſt. Oui. vj. faſt. Nec latiũ notat quã prebet Jonia diues. Luc. lib. vj. Prim⁹ Theſſalie rector telluris ionos. In formã ea ſide pcuſſit põdera maſſae. Jonos ſiẽr ponitẽ apḋ Claudianũ in li. ij. ɔtra Eutropiũ Hora. ode. vj. lib. iij. Motus doceri gaudet Jonico verſus eſt dactilicus alcaicus. Manili⁹ producit & Oui. in arte Tutior eſt correptio. ¶ Jo ius Inachi filia a ioue in vaccam verſa variaẽ licet productio ſit frequẽtior. Oui. j. met. Cõſtiterat quocũq;

ieco ſpectabat adio. idē. in epi. Hic ermeſtre ad linū. Que tibi cauſa fuge eſt. quid io freta lōga perras. Nō poteris vult⁹ effugere ipſa tuos. Inachi quo ꝓperas ꝛc. idē in ibin. Et halō vt vita ſpoliauit iſidi⁹ hoſpes. Quēq̄ meōꝛ a ſacris nunc quoq; pellit go Indi⁹ poſſeſſiuū ab iſis a ꝑmitiuo lōge diſcrepās. idē. ix. met. iſi paretoniū maꝛeoticaq; arua pharūq;. Que colis ꝛc. io interiectio vel aduerbiū: apd Sil. ſemel ꝓducit aliū corripiūt. Oui. Dicite io peā: ꝛ bis dicite pean. ¶ Spio nymphe nomen producit teſte Badio ꝛ Bebellio. Vergi. v. enei. Niſeeſpioq; thaliaq; cymodoceq; Sūt tamē qui habeāt niſeeq; ſpioq; ꝛ vide polyſyntheto pulcherrime conuenire.

¶ Thiodamas proprium viri apud Ouid. in ibin. ꝛ apud Papi. vij. theba.

Ante u corripitur: vt Julius Priameius: Dryude vl' — *Thiodamas.*
dryudes: aut druide apud Lucanum.

¶ Exceptio Ariuspopulus. Luc. lib. iij. Subſtringe⁹ — *Arius.*
arimaſpe, comas hic fortis arius. At arrius ꝓpriū viri ꝛ Arria ꝓpriū — *Arrius*
mulierꝭ gemino rr corripit. Catul. Chōmoda dicebat ſi qñ ꝯmoda vl' let dicere ꝛ hinſidias arrius inſidias. Sic arrius heretici nomen: lꝫ Valla in Mattheum cōtradicere videat. Sedulius. Hec eſt vera fides: hanc ſpreuit hꝛe ſalutem — *Agenius.*
arrius infelix. Aratoꝛ libꝛ. j. Fuſa ruit arrius aluo. Mar. li. j. Caſta ſuo gladiū quū — *bacchius.*
traderet arria peto. Ageinus: ideſt imberbis teſte Goudano. — *Brauium*
¶ Bacchus pro metricus vñ pedes: at viri ꝓpriū corripit. Horat. ſat. vij. lib. j. Com — *Brabium.*
poſitus melius cū Bitto Bacchius in ius. Brauiū vel brabiū ſcribit grece cū ei di — *brabeu=*
phthōgo ideoq; producit authore Valla in Mattheū ꝛ Neſtore in vocali ante vocalē — *the.*
ꝛ eſt premiū victorie. Brabeuthe ſunt ſpectaculoꝝ iudices qui victorib⁹ in certa — *Chius*
mine exhibent premium ꝛ coronas. Crium arietis fons promontorium. — *Chios.*
¶ Chius a. um. poſſeſſiuū ꝯtra primitiui naturā ꝓducit. primitiuū eſt chios chꝰ q̄ — *Darius*
eſt inſula in mari egeo. Catul. Cōſulis ex chio ſoluite vincla cado. Luca. libꝛ. viij. — *✻ Ita pi⁹*
Quas ſine cautes: ꝛ quas chios aſperat vndas. ¶ Darius. Ouid. in ibin. Vtq; ne — *in annota*
catoꝝ Darij fraude ſcdi. Clau. in epiſt. ad Hadrianū. Dariū famulis manibus do — *tionib⁹ ſu=*
luiſſe peremptū. Fertur ꝛ ingēti ſolatus foꝛa ſepulchro nomē eſt pſarū regis. Serua — *ꝑ ſidoniū.*
runt hāc quātitatē recte Baptiſta ꝛ Fauſtus. Baptiſta in cōſolatione ſuper morte Colle. Quid genus encadū: quid nigri regna darij Lapſa canā. Fauſt⁹ de Genuēſibus victis. Sic dñ facūdo pſuaſerat oꝛe Darius. Ergo hallucinat Sido. ad felicem dicens. Et primum darij tumultuantes phal. eſt verſus in quē dicit Baptiſta pius Italie decus. Darij. Oīs eruditoꝝ ſchola conſono aſtipulatu ſecūda intenta ꝓferre quum prima ſit anceps ꝛ biſēporanea: vt ad nutū carminatoꝝ probat idē Pius per Ouid. ꝛ Claudianū: dicitq; ſuppetere ſexcēta ad hanc rem exempla: que prudētē ſe preterire affirmat. Errat ſimiliter Sedu. li. j. dicēs. Nec minus ꝛ darij furuerunt — *✻ Sedu=*
iuſſa tyꝛanni. ꝛ petrarcha ad Enean Senenſem lib. j. Aut Dariū tomyris ꝛc. errāt — *lius nō re*
quotquot Sidoniū imitantur. Dius a. um. vide i ante o. Diogenes Fita deriuati — *cte ſecūdā*
uo dios: per duplex ij ideo ꝓducitur contra primitiuum dios. i. iuppiter. — *dictionis*
¶ Eugenius viri ꝓpriū teſte Nebriſſenſi q2 habet eandē deriuationē cum Iphi= — *darius ſyl*
genia. ſic eugenia: ideo errat Philelphus dicens in ſecūda quinte. Proluerit meus — *labam coꝛ*
Eugenius qđ territat vnq;. ¶ Graphiū teſte Neſtoꝛe: q2 grece ſcribitur per ei diph= — *ripuit.*
thōgō. Latini tñ corripiūt: q2 aliqñ ſcribit per iota. Ouid. Quid digitis opus eſt — *Dius*
graphiū laſſare tenēdo: ꝛ eſt ſtylus quod ſcribim⁹ graphiariū eſt graphoꝝ theca. — *Eugeni⁹*
Martia. in apu. Hec tibi erunt armata ſuo graphiaria ferro. Gynecīū teſte Neſto — *Graphiuꝫ*
re locus ſecretioꝛ in edibus vbi ſole mulieres conuerſantur. — *Gynecīū.*
¶ Hormius fluuius muſis ſacer. Papi. vij. theb. Vos etiā noſtris Eliconia turba ve — *Hormius.*
nit is addere rebus opem: Tuq; opm eſſe canoꝛis. Et felix hormi e vadis armatis a= lumnos Belloꝝum reſides. Idolium ideſt templum. — *Lycius*
¶ Lycius cū y greco in prima ſyllaba. i. apollo: ſic dict⁹ a Lyco. i. lupo: q2 ſicut lupi pecoꝛa rapiūt: ita ſol humoꝛē haurit radijs vl' a luce q2 veteres greci primam lucē ante ſolis oꝛtum lycem vocabant: ꝛ ea lux lycophos hodie dr. hec ꝛ multo plura. Macro. lib. j. ſatur. Papi. theb. x. Tēpla Lycie dabis ꝛ ditia dona ſacratis poſtib⁹ nōnulli libꝛi habēt cum ae diphthongo lycae. ¶ At Lycius a. uꝫ. pro gēte Lycie ſine dubio corripit. Verg. j. ene. Vnam q̄ lycios fidūq; vehebat Orontē. pro apolline corripere lycius, producere licet. Epicurius ꝛ epicureus.
¶ Lyciū vel lyceū cū y greco, in primis fuit athenis Ariſtotelis ſchola vt platonis — *Lycium*

academia fuit quoq; lyciū. Cice. gymnaſiū: de quo ipſe ait. Inq; academia vmbriſera nitidoq; Lycio Fuderūt claras fecūdi pectoris artes. male legit lyco. Miurus variatur a Terentiano: mantiū locus vaticinādi: alij manteū. ¶ Orius viri ꝓpriū. Oui. xij. met. Oppreſſitq; duos broteaz ⁊ orion. Orio mater erat mycale, hic orion accuſatiuus eſt ⁊ orio dtūs nō orius. Orithius videbis in primis o ante r.

Orius. Orithius pādochiū Docheion xenodochium Polium Bybliopolium. ichtiopoliū phrimeſiū Scalphiū Sperchi⁹

¶ Pādochiū vel hoſpitiū ꝓducit cū oibus eiuſdē deriuatiōis noibus: qr docheion teſte Nebriſſenſi ſcribit grece p ei diphthongō pā totuz eſt: docheiū. i. receptaculuz ſic xenedochiū. i. perigrinorū hoſpitiū. xenos. i. hoſpes ⁊ pegrin⁹ ptochodochiuz. i. mendicorū receptaculū: plura talia repies. ¶ Poliū. i. loc⁹ vbi aliquid vendit. vtimur in compoſitis penul. ꝓduc teſte Nebriſſenſi: qr grece cū ei diphthongo ſcribit vt bybliopoliū vbi libri vēdunt: ictyopoliū vbi piſces vēditant. ichthis. i. piſcis cū i latino ſequētibus ch ⁊ th aſpiratis cū y greco polo. i. vendo. ſic oenopoliū. thermopolium pharmacopolium ⁊ ſilia. ¶ Phryneſiū cū y greco funis nauticus teſte eod. Scaphiū teſte Neſtore qr grece ſcribit per ei diphthongō. aliq̄ñ etiā. per ioto ⁊ ſic a latinis corripit. Mar. lib. xj. In ſcaphiū moeche Sardanapalle tue. Iune ſtrie de poſitis ſchaphiū quū ſumitur artus. eſt matulla a ſilitudine ſcaphe dicta de ſignificatiōe apd alios plura leges. Sperchius cū ch aſpirato theſſalie fluui⁹. Oui. j. met. Populifer ſperchius ⁊ irrequiet⁹ Enipeꝰ. Apidanuſq; ſenex leniēq; aphriſus et acas Trophium locus vbi aliquid educat vtimur eo noie in multis cōpoſitis

Trophiū Ichthiotrophium Brephotrophium Orphanotrochium

penultima ſp longa: qr teſte Aelio Nebriſſenſi grece ſcribit p ei diphthōgo quaz in i longā vertimus: vt ictyotrophiū apd Colu. legi ꝓ piſcina vbi educātur piſces. Trophe eſt educatio. Brephotrophiū eſt paruulorū hoſpitiū vbi infantes expoſitij aluntur. brephos infans eſt. Orphanotrophiū locus vbi alunt orphani eiuſdē compoſitionis plura leges ſi vocabularios diligenter excuſſeris. Heliotropius videtur mihi produci apud Priſcianū in perihegeſi. Hic lapis heliotropius qui nomine vero periſtrophium dictis iungendum ammonui.

O ante vocalem Joannes

O Ante a corripitur. vt Oaxes: Stoa. quod nunq̄ recte producitur: licet ſtoicus nullo modo corripiatur.

¶ Exceptio. Ioānes. quia grece ſcribitur per o mega lrā perpetuū ꝓducitur: ⁊ ſcribit ſine aſpiratiōe. totū hoc dicit Hermolaus barbarus in. vj. Pliuij. ca. xxvj. vbi reprehendit Sidoniū appollinarem qui corripuit: oſtenditq; Sido. plerūq; grece lingue eſſe ignarū verſus Sidonij in euchariſtico hic eſt. Qua nūc Helias: nūc te iubet ire Joānes. vbi baptiſta pi⁹ ait. Joānes nō ſat ad poeticū examē q̄ppe ſcribētib⁹ ita grecis ιωαννησ nec obſtat Architreniū ſilr eo hemiſtrichio ꝓnūciaſſe: liber eſt non libra ioānes. hec plus cū Sido. errauerūt Sedul. Arator/ Petrarcha/ Philel. Mancinel. Hymnograph⁹ ⁊ plures. ¶ Oarion q̄uis alij dicāt: aorion: videbit in o ante r.

Oarion

¶ Siloas chriſtianis variatur Arator ille iacebat iners: cui ꝓxima: mota ſiloa. Sedulius. lib. iiij. Voce monentis Accepta dñi/ Siloam veniſſet ad vndam.

Silos.

¶ Troas adis. Verg. At procul in ſola ſecrete Troadis acta.

Troas. O ante e.

¶ O ante e corripitur. vt Cloe mulieris propriam. Martialis li. iij. Tota te poteram Cloe carere. phal. eſt.

Alocus

¶ Exceptio. Alocus gigantis nomen. Aloides Aloei filius quidam aſpirant. Luca lib. vj. ampius hanc prolem ſuperis immiſit Alocus. Boetius noe recte dici ꝓbauimus.

Noe.

¶ Noe ab aratore variat[illegible] ſecūda ſemper producta. Sedulius. lib. j. Nunc bonus Helie qui perfidus antea noe.

Trophe⁹

¶ Typhoe[illegible]ſatis patuit in ſynereſi ⁊ hypermetris. Troes. Heroes ⁊ ſi que talis ſunt cre[illegible]ento patent.

O ante i. Pyrois

¶ O ante i corripitur. vt eubois euboicus. vide Sebetus e ante i. opois ſimois pyrois hoc vltimū cū y greco in prima ſcribitur. ſolis equus eſt nec recte dicitur penultima longa: in quo multi hallucinant. Oui. ij. met. interea volucres pyrois eous ⁊ ethon Solis equi quartuſq; phlegron hinnitibus auras Flammiferis implent pedibuſq; rēpagula pulſant. Valerius Flaccus lib. v. Et formida

tem patrios pyroenta dolores. Colu. lib. xj. Nec ſerius ardor Sic micat aut rutilus pyrois autore coruſco Heſperus. hic eſt lapilli nomen a colore ignito dicti: nec põt hic legi pyrous ſecũda extenta. Notetur obliqui minois/trois/ herois/thois et e longis deriuata Aloides/alois/typhois/minoius/troicus/heroicus ⁊c. Ualerius Flaccus lib. v. Non tibi aloide quibus hec feramur mura iactes.

Deois. Lagois. Oiclus

¶ Exceptio. Deois: vide e ante o. Dmois ancilla per ω mega.

¶ Lagois piſcis nomẽ. Hora. ſat. iij. lib. ij. nec iſcarus aut poterit peregrina iuuare. Lagois eſt etiã auis cuius carnes leporinũ guſtũ pre ſe ferunt. Lagos. i. lep⁹. Oicl⁹ viri nomen vñ Oiclides. i. amphiara⁹ Oicli fil⁹ apud Ouid. in iij. de arte. Pro centauro: Oicl⁹ corripit̃. xij. meta. Phois aut phoie⁹ auis per ω mega. ¶ Stoich⁹ phi lo ſophoꝝ quorũdã appellatio: Stoicides vel ſtoicida eſt ſtoici emulator aut ſimulator: poti⁹. Perſi. Mẽdoſe colligis inq̃t Stoicus hic aurẽ mordaci lotus aceto. Iu. ſat. ij. Fugerũt trepidi vera: ac manifeſta canentẽ ſtoicide. ¶ Troilus priami filius Uerg. j. ene. Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis. ¶ Troia adiectiuũ eſt fere ſemp triſſyllabũ prima ſemp ꝓducta. Uerg. ij. ene. Huc vndiq3 troia gaza. troie ſubſtãtiuũ diſſyllabũ eſt apud latinos ⁊ priorẽ poſitione ꝓducit: rariſſime ſit triſſyllabũ ⁊ primã corripit. ¶ Zoilus homero maſtix: ꝑinde quis doctorum reꝑhẽſor: ⁊ aliorum viroꝝ nomẽ. Martialis. Zoilus egrotat: faciunt hanc ſtragula febrem.

Stoicus. Troilus. Troia. Zoilus.

¶ O ante o corripitur. vt Laocoon.

¶ O ante u corripitur. vt alcinous. panthous. antinous ⁊c.

¶ Exceptio. Achelous dei ⁊ fluuij nomẽ. Oui. ix. meta. Dixit ⁊ vt vinces alios acheloe dracões. Pyrous cuiuſdã herois nomẽ vt dicit Neſtor pyrois aũt ſolis equus. vt dictũ eſt. ¶ Producunt oĩa poſſeſſiua in ous: vt a latona latous. ab argo argo⁹. ab arctos arcto⁹. a gela gelo⁹. a myrtylus myrtous. ſic oĩa ſilua Teſtimonia ſunt inuentu facillima. Hora. Leſboũ refugit tendere barbitõ aſcle. eſt a Co inſula Cous a um. hec inſula ẽt Coos appellata eſt põre breui. Oui. in ar. Si venerẽ Cous nũq3 pinxiſſet appelles. Pro inſula ho. papin. Huc ipſe Coo plaudẽte phyletas. Qui dicũt deriuatiuũ cous variari carẽt (vt opinor) teſtimonio Papin. j. ſyl. Latous vatẽ pr̃ ⁊ Semeleius euhã. Latous. i. Apollo. Euha. i. Bach⁹. idem li. j. the. Seruatoreq3 parentuꝫ. Latoum votis iterũq3 canamus. Inepte hñt hoc loco nonnulli libri latoidem: Plura teſtimoĩa ſi cupide deſideres legẽdus eſt Neſtor.

Achelous. Pyrous. Poſſeſſiua in ous. Cous. Latous.

¶ U ante vocales corripitur ſemper: vt ſuus ſua.

¶ Regula quinta de deriuatiuis.

Eriuata patris ſeruabit dictio normam.
Conſona ſi patris maneat: docet iſtud aratrum.
Multa tamen tolles: poſt declarata vel ante.

Aratrum. Aratron.

¶ Syllaba tãta eſt in deriuatiuo quãta fuit in ea ꝑmitiui parte. vñ immediate deriuabat̃: ſi cõſonãs ꝑmitiui maneat in deriuatiuo. vt legi ꝑteritũ põrẽ producit: ergo etiã legerẽ legiſſẽ legiſſem legeriꝫ legero. qꝛ a legi formãt̃: lego autẽ põrẽ corripit ergo ẽt legebã legã legerẽ ⁊c. Diligentiſſime diſcãt pueri deriuatiões ꝟborũ de quib⁹ ꝑiculi ſunt. Prim̃ ꝟbi de ſe dat tpa qdã. Rẽ. ſſem/rim/ro/ſſe.. Formabit cetera ꝑſens atã a ſupino formãt̃ pticipia preteriti. tpis ⁊ futuri in rus itẽ noĩa in tio ⁊ tura ⁊ multa in us quarte declina. ⁊ alia plura qđ diligenter ↄſiderãdũ eſt propter natura natio natalis ⁊c. itẽ ſupinũ aratũ ꝑducit̃. ideo etiã qđ ab illo fit aratrum nõ poſitu tm̃. ſed ipſa natura. Neſtor dixit corripi qꝛ grece ſỹba correpta aratrũ õz latini autem vt vult Neſtor o breue in a breue verterunt Neſtorẽ ob hãc rẽ Sulpitius deridet: ⁊ recte me hercule: qꝛ aratrũ a doctiſſimis ſemꝑ ꝑducitur. ⁊ ab aratrũ recte format̃. Eadẽ rõne ꝑducunt̃ tantũ: licet ↄſonãs mutetur. inuolucrũ. ſimulachrum/ambulacrũ lauacrũ/ab inuolutũ/ſimulatũ. ambulatũ/lauatũ. teſtes mihi ſunt Badius/Ebelinus. Ferettus: inter Italos magne authoritatis grammatic⁹ ⁊ rhetor. Neſtor contra.

Neſtor allucinat̃ in dictiõe aratrum. Inuolucrum. Simulacrum. Ambulacrum. Lauacrũ.

Aratruȝ a riga corre ptū ⁊ a ſidonio ⁊ petrarcha.

firmat opinionē ſuam authoritate Petri Rige hoīs quantitatum negligentiſſimi. Dicit aūt Riga in aurora. Noſtre carnis humū crucis hoc aratro quaſi ſignat. Ego video hoc nomē etiā a Sidonio corripi in laudib⁹ narbonis. Diuerſas arator vias cucurrit. Phal. eſt. Hunc ſecutus eſt Petrarcha in .viij. Aphrice dicens. Nunc aratrū antiquis inſultet menibus: omnes. Unus habet predas hoſtis: ytut eſt: opinor aratrum tantum produci: qꝛ hi in multis errauerunt vt ſepe oſtendo in his libris. ¶ Dixi in regula. Unde immediate deriuabaꝛ: que nāq̄ a p̄teritis formanꝛ: regulā p̄teritorū ſeruāt. vt rupes a rupi: ſedes a ſedi. Que a preſenti ſunt: preſentis quantitatem obtinēt: vt ſedile a ſedeo. vocabulum a voco. At vocula voculatio⁹ ⁊ vociferor a vox vocis vt regina ⁊ regula a rex regis: legitimus a lex legis. Etymologie vel deriuationis diuinatio admodū difficilis eſt ideo in primis inſpicienda eſt rerū natura poſterius nāq̄ a priori deriuari neceſſum eſt ideo ſedeo a ſedes deriuari volūt nō cōtra. ¶ Addidi ſi cōſonās p̄mitiui maneat: alioqui ad ſpeciales rłas currendū eſt. Talia ſūt bim⁹/trim⁹/quadrim⁹: mobilis fomes iumentū prelū a premo quod vt Ferettus ait diphthongō ꝯſu recipit: alij a preluo is deducūt. Secundum cum ae diphthongo a ſenex teſte Uarrone. Jucundus a iuuo. Jocundus nō dicit. Idem eſt vbi in primitiuo eſt vocalis ante vocalem: aut vbi poſitus fuit in primitiuo: ⁊ deſinit eſſe in deriuatiuo. Ideo a primitiuis recedūt ibo quibo numē ſerium a ſcorſum ex riſus vt volūt titulus quater offella ⁊c. ¶ Ceterū multa cōtra p̄mitiuorꝫ regulas aut producunꝛ: aut corripiunꝛ quorꝫ nōnulla iā dicta ſunt: vt pamides: chi⁹ ⁊c. plura declarabūꝛ: vt regula: vitupo: toti⁹ ferie feralis, humor iugerū petus laterna rex regis: lex legis: vox vocis: viginti gradiu⁹. rapa vena ſicellis rem⁹ cune ſerius maceror iapetides ⁊ multa alia cōtra p̄mitiuorū naturā producunꝛ. Contra corripiunꝛ hec quorꝫ p̄mitiua producunꝛ: dicax a dico ſtabilis ſapor nato ſiquidem ariſta locium vitium lucerna lituus: qꝛ teſte feſto ſit a lite. Seruius tn̄ vult grecum eſſe. Uaſilum a vas vaſis. Marbodeus in lapidario: teſte Neſtore. Que ſolis radijs in qua ſubiecta vaſillo. multa alia poſtea leges.

⁎ Secūdū primaȝ diphthongō p̄ducit cū a ſene deducatur.

⁎ Deriuatiua correpta quorū p̄mitiua p̄ducuntur.

Uaſilum

## ¶ Regula ſexta de compoſitione.

Simplicis obſeruant menſuram compoſituum:
Quamuis diphthongus vel vocalis varietur.
Hanc legem ſpernunt dicus a dico: innubus atq̄
Pronubus ambitus nihilum cum ſemiſopitus.
Peierat a iuro cum deierat agnitus ⁊ cog.
Connubium varias: ab itum comitia dicas.

⁎ Notatu nō īdignū de prepoſitionibus.

¶ Compoſitum ſequitur ſimplicis regulā ⁊ cōtra: etiā diphthongo ā ut vocali mutata: vbiq̄ tn̄ obſeruande ſunt regule poſitionū ⁊ vocaliū ante vocales: vt ludo/colludo/ledo/illido/amicus/inimicus/tabeo/intabeo/taceo/reticeo/facio/reficio. ¶ Recurre ſemꝑ ad triſſylla. ⁊ accētus quantitatem facile indicabit: vt reficio intabes ⁊c. ¶ Per hāc regulā prepoſitiones in cōpoſitione quantitatē priorem ſeruant vt abeo: adamo ſubeo euoco deduco. Amoueo amitto aperto auius ⁊c. ab a que producunꝛ. Quintilianus tamen dicit componi ex ab ablatione b litere: vt omitto ex ob: aperio ex ad: que duo primam corripiunt: vt apella ⁊ apluſtre: qꝛ fiunt ex greca priuatiua pticula a. Uir. Sepe leui ſopnum ſuadebit inire ſuſurro. Ideo teſte Neſtore male dixit Riga in libris regum. Initiū fidei deſignant hoſtia porte. quamobrem non dubito eſſe vitium in carmine Uirglij de ludo. Initio furijs ego ſum tribus addita quarta. rectum eſſet principio. ¶ Ab hac regula demunꝛ: a dico nomina in dicus: cauſidicus maledicus. A nubo pronuba innuba. Connubium a Uirgilio variatur. Ambitus participiū ab ambio ambiui ambitū. Ouidi⁹. j. meta. Juſſit ⁊ ambite circundare littora terre. Ambitus nomen ſemper corripitur. Claudian⁹ in iij. conſulatu Honorij. Luget auaritiee ſtygijs innexa cathenis. Cumq̄ ſuo demens expellitur ambit⁹ auro. ¶ Nihiū. Per. Signū de nihilo nihil in nihilū nil poſſe reuerti, ſit a ni. i. nō ⁊ hilū res nulli⁹ precij. vt porte fabe nigrū: qꝺ p̄ducit. Lucre

Initium

Ambitus.

Nihilum.
Hilum

lib.iij. Nil igit̃ mors eſt ad nos neq; pertinet illum. Semiſopitus videbis in ſopio in o ante p. Cetera ſatis patent preter comitium quod a ſimul itando dictum vo= luit ⁊ pducit etiã primã cõtra multorũ ignorantiã. Sil.li.viij. Nãq; huic comitia cã pus iura atq; arma tulit de cãpo Martio loquit̃ vbi erũt comitia. orichalcum ab oros.i.mõs ꝺ̃ ex quo fodit̃ nõ ab auro: ideo ſemper corripit̃ vt apꝺ Hora.in arte. Comitiũ orichalcũ.

## Se et Di.

**Se produc ⁊ di: preter dirimo atq; diſertus.**

Se ⁊ di prepoſitiones latine inſeparabiles producunt̃: ſegrego: diduco. Corripiũ tur tñ dirimo diſertus. Uerg.v.ene. Et prelia voce diremit. Horat. Fecundi calices quem non fecere diſertũ. Securus producitur q2 ex prepoſitiõe fit: ſecuris corripit̃ q2 a verbo ſeco fit. Seuerus vndecũq; eſt corripitur vt equidem qꝺ Neſtor putat ab ego et quidem deriuari. Priſcianus primarium eſſe opinatur. vide e ante q. Digã= ma dilemma corripiuntur quia greca ſunt.

## Re prepoſitio inſeparabilis

**Eſt re breue. at refert a res producere debes.**
**Reijcit ⁊ reicit. Nam que iacio tibi format;**
**I prius interdum tollunt vt corripiantur.**
**Addit vel demit metri grauitate poeta.**

Re prepoſitio inſeparabilis corripitur: vt redeo reditus p annuo prouentu renuo ⁊c. Perſius in vlti.ſaty. Pingitur an renuis ⁊c. Nunq; inueni renuo per duplex n. quicqd aliqui dicãt. Oui.li.ij.de põto. Ad reditꝰ iam quiſq; ſuos amat ⁊ ſibi qd ſit Utile ſollicitis ſupputat articulis. Refert a res cõpoſitũ producitur alioqui cor= ripitur: nec vnq; duplici ff refert ſcribat̃ cõtra Georgiũ Uallã. q2 melius opinamur a noie res ⁊ verbo fert fieri refert qñ regit gtñ ⁊ abltõs mea tua ſua noſtra veſtra de quo verbo ſatis a nobis in Syntaxi dictuz eſt. Reijcio a re ⁊ iacio pducitur poſi tu: q2 in eo verbo ij duplex efficitur teſte Nebriſſenſi vbi autez corripitur i cõſonãs abijcitur quod etiaz contingit in alijs cõpoſitis a iacio: vt adijcio vel adicio: abijcio vel abicio. ſubijcio: vel ſubicio. obijcio vel obicio. nã correptionẽ poſitio impediet ni ſi cõſonãs abijciatur. Ea obiectio in proſa barbariſmũ facit in carmine in his com poſitis a iacio omnibus licet: quicquid dicat Guaguinus ⁊ quidã alij qui nõ diligẽ ter ſatis poetas perlegerũt. Uerg.in buc. Tityre paſcentes a flumine reice capellas hic corripitur, eſt autẽ in quinta regione proceleumaticus teſte Priſcia. qui per ſy nereſin fit dactylus. Idẽ Geor.iij. Reijce ne maculis infuſcet vellera pullis. Idem enei.xj. Reijciunt parmas ⁊ equos ad menia vertunt. idem. His reiecti armis. Et eñ.v. Hec fatus duplicẽ ex humeris reiecit amictũ. Reiecit reiectũ nunq; corripiũ= tur quia in eis i cõſonãs duplex eſt nõ rõne ſed authoritate propter bijugus triju= gus: quadrijugus: nec video cur non tam in reijcio quã reiecit ſit: ideo miror Ser= uium dixiſſe in illud.x.eneiꝺ. Sic ait atq; oculos rutulorũ reijcit ictus. ectaſin eſſe licet ſpe longa dici poſſet propter preteritũ reiecit quid his velit Seruius nõ ſatis intelligo quandoquidẽ tam bene in reijcit i cõſonãs eſt q; in ptõ reieci. Statius theb.vj. Prouidus aſtu Et patria vigil arte lacon hos reijcit ictus. Lucre.lib.ij. vi= demus. Reijcere in terras naturam multaq; ceris. Ouiꝺ. de arte. Reijce ſuccinctos operoſo ſtamine fuſos. Papi.libro.iiij.theba. Tela manu reiecitq; canes in vulnus hiantes. Ouiꝺ. adijce Troiane ſuaſorem antenora pacis. Martialis lib.x. Si quid noſtra tuis adicit vexatio rebus. Si corripitur infinitiuus adici in principio ſepti= mi thebaidos. Uergilius in moreto. Et ſummis ſpoliat corijs contemptaq; paſſim Spargit humi atq; abicit. Iuuc.ſat.xv. Hunc abicit ſeua dignum veraq; charybdi Ouiꝺ.ij.de põto. Turpe putas abici q; ſit miſerãdus amicus. Luc.lib.viij. Cur obi cis magno tumulũ manesq; vagãtes. de Pompeio loquitur. Sil.lib.iiij. Arietat in primos obicitq; immania mẽbra. Arietat pceleumaticꝰ eſt aut per ſynereſin dacty lus. Arietare eſt ariete pugnare. Papi.x.thebai. Pectoraq; inuiſis obicit fumantia.

*Proceleumaticꝰ in quinta ſede in dictione reijce ectaſis

Adijcio Adicio

Obijcio Obicio.

Arietare.

niuris. Silli⁹ lib.xiii. Jungere tuꝫ fata ⁊ ſubici iubet ocyus ignes. Papi. Achil.i.
Fata videre prior ſubicit gauiſus Vlyſſes. Luc. in.vii. Ipſe manu ſubicit gladios
Subiicio. a tela miniſtrat. Ne vereamur imitari que iam ſepe apud ꝓbatiſſimos legim⁹ ꝙ
ſi in aliquo carminū genere opuseſſet tribracho idē putarē licere in tetraſyllabis
abiicio ſubiicio ⁊c. quicq̄d dicāt nonnulli. Neſtor dicit quoſdā putare reicio q̄ñ cor=
* Additio. ripit̄ fieri ex ico. id Neſtori nō placet nec mihi quia ico ꝓducit̄ tantū. ¶ Poete pro
vl' remotio fecto plerūꝗ metri gratia aliquid [addūt aut demūt: id in proſa eſſet barbariſm⁹ ꝑ
metrica terꝗ forte in paucis iam olim in proſa admiſſis. In his queců ꝗ ſunt magis inuen
tis vtemur ꝗ̄ excogitandis: tum id etiam caute videbimus. quenā rara ſunt ⁊ que
frequētia: nam raris raro vtendū eſt: frequēter vſurpata nō obhorrebim⁹. Frequē
tia quidē ſunt vincla ſecla tomacla pro vincula ⁊c. Alitū celituꝫ vbiꝗ recepta ſunt
alituū celituū nō aſpernēda: neꝗ religio reliqui licet relligio: relliquie frequētiora
ſunt neceſſitate. Rariora ſunt lamna ꝑ lamina: ſurpite: ſurpuerat pro ſurripite ⁊c.
Indupera ſic domni pro dñi: vide o ante n. Induperator pro imperator in carmine recte dices.
tor. Legit̄ apud Lucretiū lib.iiii. quē imitatus eſt Iuue. Indugredi indupedita indu=
manu induforo. Lucretio et antiquioribus relinquamus: q2 Vergilio ⁊ ceteris qui
ſequuntur vt nimis dura diſplicuerunt: pro ingredi in manu ⁊c. Lucretius libro.i.
Viamꝗ indugredi ſcele. is. In eodem. Inter ſenex. us minus aut magis. indupedi
ta ſic alibi ſepe. Hippona gemino pp eſt equorꝫ ſtabulorūꝗ dea ab hippos. i. equ⁹
Hippona vnde hippocrates ⁊c. Iuuenalis tamen metri gratia vnū p abſtulit dicens. Saty=
ra.viii. Iurat ſolam hiponam ⁊ facies olidas ad preſepia pictas. ¶ Petrarcha au
ſus eſt vnum n auferre ab hānibali in ſepto Aphrice. Te quoties hanibal video ⁊c.
Sic idem circa finem libri ſeptimi. Idem in.x. Aphrice geminat r in Terēti⁹ dicēs
Refficit. Seruatore ſuo prior te Terrentius horū. ceterū quia in multis manifeſto errauit
Petrarcha nolo eum in his imitari quia nullū habēt authorē nec ipſe author ha=
beri debet: vt ſepe patebit in hoc opere. Lucretius refficit dixit pro reficit: qđ parci
Reccido ſime imitādū eſt: vt in lib.i. Belli fera munera mauors Armipotēs regit: in gremiuꝫ
qui ſepe tuū ſe Refficit, eterno deuictus vulnere amoris. Mauors quoꝗ poeticum
eſt nam in proſa Mars dicitur. Idē lib.i. Recidere inferiora magis ꝗ̄ corpora no=
ſtra. Ibidē. At neꝗ recidere ad nihilum res poſſe: neꝗ autē De nihilo teſtor. Idem
lib..v. Haud igitur ceſſat gigni de rebus ⁊ in res. Accidere aſſidue q̄m fluere omnia
Redduco conſtat. Propertius. Reccidi inꝗ ſuos menſa ſupina pedes. Pro recidere ⁊ recidit
id parce imitaberis. Lucr. lib.i. Redducit Venus ⁊ reductū, Dedala tellus. Idem
lib.vi. Nec poterāt vllam partem redducere eorū. Hora. Dii tibi dent capta claſſem
redducere Troia pro reducere id. parce imitandum eſt. Apud Lucretiū libro.iiii.
videtur, Referunt, corripi pro diſtat ſed opinor eſſe mendā nec quoꝗ modo imitan=
dum. vſꝗ a deo magni referunt ſtudiū atꝗ voluntas. Idem. lib.ii. id rurſum celi re=
latum templa receptant. Lucretius imitatus eſt Terentiū dicente in Phormione.
Quod ab illo allatum eſt id ſibi rellatū putet. vbi metri gratia l geminari vult Do=
Rellatus. natus. Id parce imitandum eſt: quia relatus vnico l frequentiſſimum eſt. Iuue. di
xerit aſtrologus credentia fonte relatum hammonis. ¶ Hec oībus licent rettulit: ⁊
retulit: repperit ⁊ reperit in preterito reppulli ⁊ repuli. Hora. in.i. epiſto. libr.ii. Ret
tulit acceptos regale numiſma philippos. Catul. Si reditum retuliſſetis aut in tē
Rettulit. pore longo. Sed emendatiſſimi libri habent retuliſſe: vt ſit vetus preteritum a tol=
Retulit lo. Sueuius antiquus poeta. Fera prelia bello in perſas retulere ſuo. Auſonius in
Repperit. epig. Qui laqueū collo nectebat reperit aurum. Theſauriꝗ loco depoſuit laqueuꝫ
Reperit At qui condiderat, poſtꝗ̄ non repperit aurum Aptauit collo quē reperit laqueum.
repperiēs Sedulius libro quinto geminauit p in participio repperiens: id nollē imitari. Di=
Reppuli cit autem. Repperiens regem ꝙ ſe rex dixerat eſſe obiicit. Ouidius in epiſt. Medee
Repuli. Queqꝫ feros repulit doctis medicantibus ignes, Non valeo flammas effugere ipſa
Reditus a meas. Claudi. in. iii. Conſul. Hono. Reuolutaꝗ tela. Vertit in authores ⁊ turbine
redeo. repulit haſtas. Immolo ſemper primā producit. Angelus politianus concedit ſe=
⁑ Reddit⁹ noue corripuiſſe: quia in aliis verbis ſimilia fecerunt veteres. Tu producito ſemp
a reddo. Reddo tam in proſa ꝗ̄ in carmine ſemper d geminat nec ab eo fit redditus nomen
ſed a redeo reditus etiam pro annuo prouentu vt dictum eſt.

## ¶ Pro.

**Eſt pro breue in grecis: pro longum rite latinis.**

¶ Pro greca prepoſitio pro ante ſemper corripitur: vt prolepſis/ plogus/ propheta Prometheus. prometheus/ pmethia cũ ei diphthongo in penultima apud grecos: ergo penultima producit/ propontis/ prophaſis/ propolis/ propola/ propyleũ ⁊c. Oui. in .i. meta. Inde promethides placidis Epimethida dictis mulcet. Idem in .iiij. de ponto. Propõtis. Miſit in has ſi quos longua propontis aquas. ſic ceteri preter Man: liũ in li. quarto Equora ⁊ extremũ ppontidos elphontũ. Idem ibidem. Illum etiam venerata colit vicina propontis. Propheta variari credemus vbi productionis teſtimoniũ ex probato poeta attulerint. Rufinus apud Priſcia. Agnouit metrum ſeruatq; Terentius artem. Nam prologus trimetro, didicit cõponere verſu Errauit in hoc vt in mItis alijs Alanus dicens. Prologus in ſopnũ; murmur euntis erat. Hunc male; imitatur Pro Sulpitius: Prohibeo corripitur: q2 vocalis eſt ante vocalẽ. Perſi⁹. Oleũ; artocreaſq; propello largiora prohibes. ¶ Pro latina prepoſitio producitur. vt pdo pficio. Oui. Proptius Non profecturis littora bobus aras: ppe clauũ corripitur. vnde pper properus propinquus. item que ſimplicia ſunt pbro; pbrũ ppertius corripiunt: plerique Properti⁹ a p deducũt item primã corripit. pcul. vnde vel a p nõnulli deducũt eã q̃ correpta legi ... ⁊ tamẽ plurima pducta videntur ſignificationẽ de pcul aut porro habere: vt proripio ⁊c. Verg. Quo nunc ſe proripit ille. hoc eſt procul rapit. Idez En ipſe capellas. Protenus eger ago: ideſt porro tenus quaſi longe a finibus teſte Seruio Protenus Pro igitur in cõpoſitis ſemp pducitur in mere latinis: quancũq; videatur ſignificantiã habere: exceptis paucis quorum meminit Gellius lib. ij. Noctiuz attica. ſed ipſe rem paucis tetigit quam longe clarius ſtudioſis aperiã: ⁊ plura q̃ ille adducam.

## ¶ Pro correptum.

Corripias pronepos: profugat: profugit: proficiſcor.
Et procio peto ſignificans. cui iungo procello.
Atq; prophana profeſſa profunda profeſta profari
Propino vario. procuro iungo profundo.
Sic bene docte locas propello propago Lucreti. Pronepos

¶ Ouid. xiij. meta. Eſſe Iouis pronepos. Idem. x. meta. Eſt neptunus auus pronepos ego regis aquarũ Perſius. Iam reliqua ex amitis patruelis nulla proneptis Nulla manet patrui. Errauit itaq; Sidonius in epitala. Polemij dicens. Feliciter euum. Ducite concordes: ſint natis. ſintq; nepotes: Cernat ⁊ in pauo ſibimet qd pnepos optet. Vbi etiã vltima contra totã vetuſtatẽ nimis licenter corripit. ¶ Profugo as. prime: apud Philelphũ in octaua ſeptime: ⁊ in quinta none. ¶ Profugio tertie. Valerius Flac. lib. xij. Contingat mihi deinde mori ſic fata pfugit. hinc nomen profugius. Verg. i. ene. Italiã fato pfugus lauinaq; venit Littora. hinc quoq; pfugiũ qd omnes ſyllabas corripit: quale nõ docte ſatis dixit Proper. vnũ pfugiũ tutuz eſt de⁹ ipetimẽti. ſz forſan ita mendoſe legitur p cõfugiuz. ¶ Proficiſcor profectuſſum. Verg. vij. ene. Arcades his horis genus a pallante pfectũ. Propert. lib. iij. Magnum iter ad doctas pficiſci cogor Athenas. ſic ceteri poete: nec vnq̃ producit proficiſcor contra plurimos. tñ apud Propertiũ in fine ſecũdi libri non profecto a proficiſcor legitur: neq; ſenſui congruit. ſed perfecto ⁊ pficio. ⁊ ita hñt optime impreſſure: ⁊ ſenſus eſt optimus ſic Hec quoq; pfecto ludebat Iaſone Varro. i. Varro. cãtauit amores perfecto Iaſone. i. poſtq; perſcripſit geſta argonautaruz nec apud Iuuenalem in emendatis codicibus legitur Sta. vj. profectura ſed proceſſura: vt teſtatur etiã doctiſſimus Ferettus ſic. Proceſſura domo ſicula non mitior aula. ¶ Procio is. iui tum. penultima ſupini longa. i. pronoco primam producit. at procio is. iui. itum. penultima ſupini breui ⁊ prima ſimiliter correpta. i. peto. hinc procus procoras. recte proco teſtis eſt cum Neſtore Calepinus. Procello is. verbum. Lucre. ti. lib. vj Turbinis immanem vim prouomit atq; procellit. hinc procella. Verg. ene. i. Stridens aquilone procella. ¶ Profanus a quo profano as. verbum aut contra. vtrunq; a fanum. i. templum: hoc a fando vt Feſto placet quia pontifex in dedicatione templi certa verba prefari ſolet: alij grecum eſſe volunt. Verg. Procul o procul eſte profani. i. irreligioſi ⁊ impij quaſi procul a fano. Ouid. Scilicet omne ſacrum more impor-

Sidoñ. nõ recte dictonis pronepos primam corripuit.
Profugo
Profugio
Profugus
Profugiũ.
Proficiſcor
Procio
Proco
Procello
Procella.
Profanus
Pfano as.

Profiteor, tuus ꝓfanat. ¶ Profiteor eris. profeſſus ſum. Ouid. in .ij. de reme. Utilitas lateat
qd nō ꝓfitebere fiet. Hora in arte Inceptis grauibus plerūqꝫ ꝛ magna ꝓfeſſis er=
Profeſſio. rauit igit̃ teſte Neſtore Arator lib. ij. Paulū eſſe miniſtrū. Aeternifcitor e dei ꝓfeſ=
Profundꝰ ſio ſva Medaci de teſtejſonat. ¶ Profundꝰ. Uer. Celūqꝫ ꝓfundū. ¶ Profeſtus. a. um
Profeſtus Auſo. de ſtudio puerili Studiū puerile fatiſcit. Leta niſi auſteris variant̃ feſta ꝓ
feſtis male capitur ab indoctis ꝓ pridie feſti. Luca. in ix. Hoc ſatis eſt dixiſſe Joue
Profari. ſic ille ꝓfat̃. variātur aūt ꝓpino/ ꝓcuro/ ꝓfūdo/ ꝓpello/ ꝓpago as. ꝟbū. Mart. i. ꝟū
Propino. Hoc quoqꝫ nō nihil eſt qd ꝓpinabis in iſtis. Idē. lib. vj. Nemo ꝓpinabit callidone
tibi. i. ꝓbibet a ꝓ. i. ante ꝛ pino bibo nō a greco hꝫ originē. Tibulus. Ipe ꝓcuraui
Procuro. ne poſſent ſeua nocere ſopnia. Sil. li. vj. Haud ſecꝰ ac ſtabulis ꝓcurās ē cra paſtor
Uerg. ix. enei. Qd ſupeſt leti bene geſtis corpa rebꝰ. Procurate viri. Catullus Has
Profundo poſtq̄ꝫ moeſto ꝓfudit pectore voces. Oui. in epi. canaces. Ipa nihil preter lachry
mas pudibunda ꝓfudi. Correptio eſt longe frequētior. Lucre. lib. iiij. Eſt procul
a tergo q̄ ꝓuehat atqꝫ propellat hinc frequētatiuū ꝓpulſo as: vt in eodem lib. de
Propello, echo Sex etiā aut ſeptē loca vidi reddere voces. Unā quā iaceres: ita colle col
Propulſo. libus ipis. Uerba ꝓpulſantes iterabāt dicta referri. Idē in eo. lib. Atqꝫ aliū pre ſe
ꝓpellēs aera voluit. Ne verearis puer venerabilis Lucretij authoritatē ample
cti. Idē. lib. j. Propagare genus poſſet vitāqꝫ tueri. Ibidē. Nec rōe fluūt alia: ſtra=
gēqꝫ ꝓpagāt: ꝛ idē lib. v. Ut ꝓpagando poſſem ꝓducere ſecla. Et paulo poſt Ut po
Propago. tuiſſe ꝓpagādo ꝓducere ꝓlem: in his certe de eadē re loquit̃. eadēqꝫ manet ſigni=
ficātia. Ideo in ꝟbo nō obſeruāda eſt dr̃ia quā in noie ꝓpago ponūt grāmatici di
Propago cētes ꝓpago ꝓ vite producitur. Uerg. Flexos ꝓpaginis arcus ꝓ ꝓgenie corripitur
nomen. Idē. Si Romana potēs Itala ꝟtute propago ꝓ eodē dr̃ ꝓpages is duo ſūt adhuc
Profecto. corripienda ꝓfecto aduerbiū affirmādi quaſi ꝓ facto vt dicūt grāmatici: ꝛ ꝓteruꝰ
Proteruꝰ. a ꝓterendo ergo corripit̃ vtrūqꝫ cōtra primitiui naturā. Hora. in arte. ille profecto
eſt finis verſus. Ouid. Multa miſer timeo qꝛ feci multa ꝓterue. habere ſi lubet ver
ſiculum Sunt contra patrem correpta profecto proteruus.

## ¶ I ꝛ o in compoſitis.

Pars ſit componens: fini priori i vel o donat.
Sit breue: cunctipotens ꝛ Timotheus manifeſtant.
Quod ſi nomen ſemper manet i: producito ſemper.

Sacrificiū ¶ Habet hec regula partes duas: quaꝝ prior eſt Dictiones cōpoſite ſiue latine ſi=
ue grece terminātes in i primā partem compoſitionis breuiant i: vt bifidus: trifi=
dꝰ: ſeſquipes: ſemiuir: vitiſator: archigenes: antithiteton: ſacrifico: ſacrificiū. Enniꝰ
Sic nos ille ſuos dijs ſacrificare puellos. Errauit ergo teſte Neſtore Arator dicēs
Forma ſacrificij perfecti priſca caniſtro. Tres panes offerre iubet. melius dixiſſet
Sacrifici forma ꝓ ſacrificij. ¶ Poſterior pars. Dictiones grece terminātes in o pri=
mam partē ꝯpoſitionis breuiant illud o: vt Dorothea/ Samothracia/ Timotheus
Cymothoe/ Leucothea/ Protottomi/ zelotipus ꝛc. omnia ſunt inuentu facillima.
¶ Dixi in regula. ꝙ ſi non ſemper ꝛc. qꝛ ſi ex declinatione tātū ꝓueniret: ꝓduceret̃
vt tantidē/ tanticūqꝫ quāticūqꝫ/ eidem/ cuiqꝫ/ quātilibet/ quātiuis. Iuue. Quanti=
cunqꝫ domus conſtet. Manil. lib. ij. Omne quidē ſignū ſub qualicūqꝫ figura. Siqꝫ
ſiqua producunt̃ qꝛ vix apparet ꝯpoſitio. Siquidē variat̃. vide i ante q. Idem pro=
ducitur in maſculino. Scilicet ꝛ ilicet producūtur qꝛ finiunt a ſcire ꝛ ire per remo
tionem ſyllabe. Tolluntur ꝛ alia nonnulla his verſibus contenta.

Quot natum atqꝫ dies recte variato. at ibidem
Et tibicen erit longum: cui iungis vbiqꝫ:
Protrabit Auſonius matricidam grauitate.
Lagopus gelopus atqꝫ theophila produc.
Cum leucopetra. geometra iungitur apte.

**Quod medius facit atq; dies producito ſemper.**

¶ A quot ⁊ dies fit quotidie ⁊ hinc quotidianus: ⁊ variari pōt vtrūq;: ſed quotidie Quotidie.
apud ſalos neotericos repperi corripi. vt apud Man. in vita diui Georgij. video re
liquos parꝫ caute de hac dictione ſē ꝓſiſſe: q̄ ſepius ꝑmā corripit rariſſime aſſum
ꝑtione ⁊ litere ꝓducit: vt apud Catul. ad Malliū. Ne nimiu᷑ ſim⁹ ſtultoꝝ more mo Quotidia
leſti Sepe etiā iuno maxima celicolū. Cōiugis in culpa flagrauit quotidiana. No nus
ſcens ouoli plurima furta Iouis vbi notabis magis ꝙ̄ imitaberis pētametro ver
ſu ſenſum nō perfici nec ſuſpēdi. Apud alios repperio ꝑma correpta: ſcđam ꝓduci
Mar. lib. x. Leuis dropace tu quotidiano. lib. xj. Quo tu quo liber ocioſe tendis Cul Ibidem
tus ſindone nō quotidiana. Sido. lib. viij. Hoc pnix habitu meū memēto. Orpheū
viſere ꝙ̄ quotidiana Saxa ⁊ robora corneaſq; fibras. Mollit dulciloꝗ̄ canorus arte
oēs phaleucij ſunt ⁊ orpheū ꝑ ſinereſin eſt ſpōdeus. Mar. li. iiij. Quotidianā refice
nauſeā nūmis. Scazon eſt. Iuue. ſat. v. Uel ſi qñ dat. cuſtos affixus ibidē. Sic tota Tibicen
vetuſtas: q̄re imitari nollē Iuuencū dicētē. Oblatuſq; ibidē mox demonis horrida Ubicūq;
virtus. ibidē iubet cūctis ibidē cōuiuia poni. Hora. in arte. Tibicē didicit prius ex=
timuitq; magiſtrū. Scdu. lib. iij. Funereoſq; modos cātu lachrymāte gemebat. Ti=
bicen: plāgorq; frequēs ꝯfuderat edes. mēdoſe legitur tibicines: qđ foret intolerabi matricida
le. Cur autē magis ꝓducat tibicen: ꝙ̄ tubicen eſt hec ratio q̄ tubicē fit a tuba vbi a
in i ſeruata ꝗ̄titate ꝯtitur. at tibicē fit a tibia. ideo tibijcē dicēdū fuerat. iā verterāt
duas breues i vnā lōgā: vt i bige trige quadrige auriga ꝓ aurijga: ab auras agē=
do dictus. ¶ Ubiq; ꝗ̄ dicūt variari afferāt ex veteribus teſtimoniū: alioꝗ̄ nugas ege patricida
rint. Ubicunq; variatur. Claudia. in laudibus Stiliconis. occurſant vbicūq; velis
Ouid. meta. viij. Seruor vbicunq; eſt: vni mea gaudia ſeruo. Auſo. metri grauitate
producit matricida dicēs in monoſtichis Ceſaꝝ (ꝗ̄ an Auſonij ſint dubitat Bapti
ſta pius) Matricida nero ꝓpriū vim ꝓtulit enſis. Sido. in ij. panegyrico. Matricida
pius ſed ne ſpreuiſſe dolorē. pōt corripi vt parricida in tragedijs Senece et proſe
ctonimis licenter hec ꝓducūtur: qñ nulli veteres heroicoꝝ aut elegiatorū ſcripto
res auſi ſint hec producere: quare nō placet mihi licētia Aratoris dicētis parricida
nahis. Patricida vocabulū a veterioribus paꝝ vſurpatū recte in hexametris ⁊ pē
tametris recipit. Parricida rr geminat. Hora. lib. iij. car. ode. xxix. Telegoni iuga ꝑ
ricide. Uſus eſt Alcmanius dactylicus tetrameter: vbi rectius pes neceſſario eſt tro
cheus: Lagopus ⁊c. ſuis locis declarabunt. Meridies quaſi medius dies ꝓducit. Meridies
ſic ꝟba meridio ⁊ meridior: idē factitādū in pridie ⁊ poſtridie. vide i añ ꝗ̄ in medijs
Catul. ad Ipſitillā. Iube ad te veniā meridiatū. phal. eſt. Mar. lib. iij. Inter tepētes
poſt meridiez buxos. Sedet ambulat vt liber acribus curis. Scazōtes ſunt duo. ſic
meridianus / pomeridianus. reliqua corripiunt: vt oīmodus / multimod⁹. in Lucre
tio ſepe lecta. Mar. lib. iij. Nō nautas puto vos ſed argonautas. Retro in cōpoſitio
ne variatur: vt extra ꝯpoſitionē: ſic intro. Lucre. lib. iij. ſic animas introduxerūt ſen
ſibus auctas. Ouid. iiij. met. Ipſe retrouerſus ſqualētia ꝓtulit ora. Cōtrouerſia cor
ripitur a Sido. lib. viij. Declamatio controuerſiaꝝ. phal. eſt. Mart. lib. xij. Offenſus
genitor trinoctiali Affecit domicenio clientem phal. eſt.

## ¶ Regula ſeptima de preteritis diſſyllabis.

**Preteritiua tenent primam diſſyllaba longam.**

**Tolle bibit ſcidit atq; fidit tulit: ortaq; do ſto.**

¶ Preterita diſſyllaba ꝓducūt priorē: vt veni a phileticο male correctū ꝑmū recte
dici vbi de duobus tm̄ loquimur in Syntaxi dictū eſt. Tollunt ſcx bibi ⁊c. ſteti dedi ✳ Naſo.
Addit Neſtor linquo linꝗ̄: qđ vult variari: ſ᷑ male. etem̄ in Uerg. nō liquerat legit Sepe bibi
ſit Nāq; ſuā patria liquerat tellure ſepultā. ſed ſic / Nāq; ſuā patria antiqua cinis ſuccos, ꝙ̄=
ater habebat teſtis eſt Seru⁹: cui recte aſtipulant Lauren. Ualla. ⁊ Sulpiti⁹. Ua uis inuit⁹
lerius Flac. lib. iiij. Si te ſceptra domū ſi te liquiſſe parentē Sēſeris. mēdoſe legit reli amaros
quiſſe vt paulo añ. Digniores ⁊ fama meis iam parta venenis: ꝓ dignior es iam fa Liqui.
ma: meis eſt parta venenis. emi ꝓducit ꝑ rēa᷑: ⁊ teſte Uolſco. ⁊ alijs docriſſimis apō
Oui. in epi. Didus: nō emi ptm̄ ſed pñs emo legit. Qđ tibi donaui ꝑ fide litt⁹ emo.
⁊ ꝑfecto optim⁹ ſenſus eſt bñ inſpicienti. Iuui ſep ꝓducit. Catul. ꝑ ſyncopā duriuſ= Emi.
culū iuerint metri grā ꝓ iuuerint dixit de coma Berenices: nō ita me diui vera ge Iuui.

munt iuerint. Mar. lib. iij. vnguētum fateor bonū dediſti Conuiuis here: ſed nil, il
ſciſti veteres ſcicidi dixere teſte Priſcia. Rui corripit: qr habet vocalē añ vocalem.

Rui.

## ❡ Regula octaua de geminatis preteritis.

**Corripiunt binas geminantia: ceu ceciderunt.**

**Tolle ceciderunt a cedo: a pedo pepedi.**

*Naſo Diſcite ſanari p quē didiciſtis amare Contudi.*

❡ Preterita geminantis principiū primā ⁊ ſcđam ſyllabas corripiunt: niſi poſitio impediat: vt tetigi: peperi: pepuli: tutudi. ❡ Dixi niſi impediat. ꝓpter ſpopōdi feſelli vbi prima tm̄ corripit vt in duobus exceptis Cecidi a cedo pepedi a pedo. Iuue. ſaty. iij. Ebrius ac petulans qui nullū forte cecidit Dat poenas. Hora. Nam diploſa ſonat q̄ntū vesica pepedi. Compoſitū ſimplicis regulā imitatur. Ouid. v. triſti. Contudit ingeniū patientia longa malorū. Enniū imitari nō auſim (quia nemo hactenus imitatus eſt) dicenttem Vireſq; valentes Contudit crudelis hyems.

## ❡ Regula nona de ſupino diſſyllabo.

**Cuncta ſupina tenent primam diſſyllaba longam.**

**Preter nata ſero cieo lino ſto ſino ſiſto**

**Do ruo cum queo eo reor. At ſtaturus atum dat.**

Citum. Situs. Staturus

❡ Supina diſſyllaba ꝓducunt priorem ſyllabam: vt viſum luſū. Tollunt ſatum a ſero: citum: a cieo: litum a lino: ſtatum a ſto ⁊ ſiſto: ſitum a ſino: datum a do: rutū a ruo: hinc dirutum ⁊c. in ſimplici ruitum rectius dicimus: quitū a queo: itum ab eo: ſed ambitus ſatis eſt dictū: ratum a reor. Staturus ꝯtra ꝑmitiui naturā prima producit. Oui. v. met. Nec fruit ſopno vigilātibus excita curis. Sta. theb. iij. Atq; hic ingēti cāpaneus mauortis amore. Excitus ⁊ lōgā pridē indignātia pacē. Corda tumēs. hec a cieo ſunt. Citū a cio ꝓducit. Sil. lib. iiij. Accitas ꝓpere caſtris in ꝑlio cōſul Raptabat turbas ꝑmuſq; ruebat in hoſtē. Luca. Stratriſq; excita iuuēt⁹. Oui. in epi. conacce. Oblitus o dñe cede libellus erit. idē. ij. met. Hic ſitus eſt phaeton currus auriga paterni. Idē. iiij. faſto. Hic ſtatus in celo multos permāſit in annos a ſto ſtatum eſt. cōpoſita habēt itum: vt preſtitū inſtitū ⁊c. aliqñ tñ ꝓducta penul. habēt atum. vt conſtatum: hinc ꝯſtaturus ⁊c. ſed ipm̄. etiā ſtaturā cōtra primitiui naturā producitur: vt ſtator pro ioue apud Oui. qđ prudē. corripit. Luca. lib. ij. Hic acies ſtatura ducum: idem in. vj. Et ſtatura redit. Papi. vij. theb. Spes ne ob ſtatura pelagis. Ouid. j. faſt. Muſa qđ a faſtis nō ſtata ſacra petis. Vale. Flac. li. ij. Noſtre ſtata dona ſalutis. Luc. lib. ix. His aſcripſit aquis quartū ſtata tempora flatus. hec a ſiſto. ſunt. Verg. Nos abijce rati ⁊c. Teren. in Ecyra. Nā cū ꝯpreſſa eſt nata forma in tenebris noſco non quita eſt. Ouid. meta. j. Sed itum eſt in viſcera terre. de ambitus dictum eſt. Claudi. in lib. j. in Ruſinū. Clientes fallit: ⁊ ambitos a principe vendit honores. Fuo is. fui ſutū. vnde ſum fui ⁊ futurus hʒ: olim corripiebat priorē ſupini: qđ futurus oñdit. Hora. in arte. Vtriūq; ſagax rerum ⁊ diuina futuri. ſic ꝓfuturus: qđ nimis licenter ꝓduxit (niſi mendoſus ſit codex) Mantua in ꝯſolatione ſup morte Colle dicēs. Profutura cupit nocitura: ignara futuri: ſed ꝑfectura forte legendum eſt. Spuo ſputū ꝓducit. Sedul. nimis licenter dixit lib. v. hec ſputa dñm noſtram lauare figurā: ſed fortaſſis legendum eſt / Sputa hec per dñm ⁊c.

*Profuturus nimiū licenter a Mātuano ꝓducitur.*

## ❡ Regula decima.

**Pre tum vocalem de vi reliquis dabo longam.**

Expeditio

